

CHRISTOPHORI
ENCELII SALVELDENSIS
de re Metallica, Liber
Primus.

DE ORIGINE METALLO-
rum. Caput I.



PRINCIPIA generatio-
nis ueluti Deus Opt. Max.
omnium animalium, consti-
tuit marem et foeminā: ma-
teriam autem foetus, iūctā
semina uiri & mulieris: et
ita ut alterū sine altero ni-
hil aut id quod caducum es-
set, efficeret: deinde, ut semen uiri crassius & calio-
dius ageret in primis: & quasi principiū motus, for-
mam foetui: contra mulieris semen humidius et frige-
dius, nutrimentū uirilī seminis, patiens, corpus &
materiā eidem præberet. Tali modo Deus in rebus
etiam metallicis constituit generationis principia,
marem & foeminam: & uoluit materiam esse o-
mnium metallorum, sulphur, ut patrem, et argentiū
uiuum, ut matrem: quorum nempe coitu omnia fie-
rent metalla. Et ex his omnia corpora metallica
sunt composita. ex his inquam puris, siue impuris,
tanquam ex patre & matre, metalla constant, for-

▲